

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6571

**Autre(s) référence(s) :** Bates 258 / Round 357

**Auteur(s) :** Hugues de Montfort [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Hymer, Saint-Hymer-en-Auge, dépendance Le Bec (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1054-1066]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Hugues de Montfort donne à l'église Notre-Dame et Saint-Hymer[-en-Auge] le bénéfice que Gilbert tenait de lui et toute la dîme de toutes revenus de sa terre et forêt. Il lui donne également les églises de Braborne et de Tinton et d'East Bridge avec leurs terres et dîmes.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Mabillon Jean, *Annales ordinis S. Benedicti occidentalium monachorum patriarchae in quibus non modo res monasticae, sed etiam ecclesiasticae historiae non minima pars continetur*, Paris, C. Robustel, 1703-1739, 6 vol., t. 6, p. 696.
- b. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° 1.
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 258, p. 779-781.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 357.

## Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 779-780).

Texte établi d'après c

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Amen. Summa cautela observatum est ab antiquis ea omnia litteris mandere que ignorata aliquam quandoque possent aliquando generare controversiam. Igitur ego Hugo de Monteforti notum esse volo cunctis sancte Matris ecclesie fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod idem beneficium quod Gislebertus tenuit de me quando erat eques sancte Marie et sancto Ymerio contuli et Radulpho abbati concedo, et totam decimam omnium reddituum terre mee ac de cunctis silvis meis decimam, hoc est de feris, de volatilibus, de venditione nemorum, de essartis, de melle, de pasnagio, atque de cunctis consuetudinibus silvarum, et de omnibus molendinis meis decimam, et de piscariis, et de vivariis et de cunctis pecuniis, et de caseis. Necnon etiam quodcunque in eadem villa habuit Gislebertus, excepta medietate cuiusdam molendini, et preterea

medietatem vinee mee, atque tres rusticos, quandam partem de silva sancti Ymerii. Et in Anglia terra adhuc do ecclesiam de Bradeborna, et de Tiltentona, et de Brige, cum terris et decimis ad eas pertinentibus. Et de pecuniis meis et de caseis de Anglia similiter decimam, et de piscibus Hee, et unam domum apud Heam pro abolitione delictorum meorum ac vite eterne merito, et pro anima patris mei Hugonis, et matris mee, et pro animabus fratrum meorum Radulphi ac Roberti, atque filiorum cum auctoritate domini nostri Willelmi Northmannorum principis. Et si quis ab hodierna die in posterum insurrexerit modo quolibet, quod absit, calumniando, et beate Marie et predicto Sancto subripiere voluerit, cum Dathan et Abiron et Simone Mago atque impiissimo Juda traditore procul dubio eterne maledictioni subiaceat. Amen. Fiat. Fiat. Ego Maurilius Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus cum episcopis meis hoc anathema confirmo.

Signum + Willelmi principis Northmannorum. Signum + Hugonis episcopi Lexoviensis. Signum + Hugonis de Monteforti. Signum + Rogerii de Bello Monte. Signum + Hugonis de Gretemaisnil. Signum + Roberti Bertranni.